

**DES PROCES CIVILS CONTRE LES CLERCS****Instruction sur le privilège du for****Ex S. R. U. INQUISITIONE**

Illme ac Rme Domine,

 **N** constitutione Pii IX s. m. quæ incipit Apostolicæ Sedis moderationi IV id Oct. 1879 cautum est, “excommunicationem Romano Pontifici reservatam speciali modo incurrere. Cogentes sive directe sive indirecte judices laicos al trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas præter canonicas dispositiones : item edentes leges vel decreta contra libertatem et jura Ecclesiæ. »

Cum de vero sensu et intelligentia hujus capititis sæpe dubitatum fuerit, hæc suprema congregatio S. Romanæ et Universalis Inquisitionis non semel declaravit caput Cogentes non afficere nisi legislatores et alias auctoritates cogentes sive directe sive indirecte jux judiceslaicos ad trahendum al suum tribunal personas ecclesiasticas præter canonicas dispositiones. Hanc vero declarationem Sanctissimus D. N. Leo Papa XIII probavit ; ideoque S. hæc Congregatio illam cum omnibus locorum Ordinariis pro norma communicandam esse censuit.

Geterum in iis locis in quibus fori privilegio per Summos Pontifices derogatum non fuit, si in eis non datur jura sua persecui nisi apud judices laicos, tenentur singuli prius a proprio ipsorum Ordinario veniam petere ut clericos in forum laicorum convenire possint : eamque Ordinarii nunquam denegabunt tum maxime, cum ipsis controversiis inter partes conciliandis frustra